

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Incipit liber secundus de celo et mundo. Tractatus primus de dextro et sinistro et retro et ante superiori et inferiori celi. Capitulum primum de recapitulatione eorum que dicta sunt de generabilitate et corruptibilitate celi.

Am ostendimus sufficienter per demonstrationes veras quod celum totum non est generatum ex materia aliqua que sit essentia eius et ideo impossibile est ut ipsum sit corruptibile. Materia enim que per modum essentiae est in compositione rei prior est et potentia ad ipsam rem et per generationem et motum venit de potentia ad actum et ideo non sit in potentia ad formam quam habet postquam generata est: tunc est in potentia ad aliam formam: et ideo est corruptibile: et ideo celum est incorruptibile: quia materia talis non habet: et habet quidem causam nos esse diximus: quia ipsum habet materiam que est per naturam ante dimensionem accipit formam: quod forma est separata: et illa largitur ei esse: et habet esse ei? quod est indivisibile: cuius dimensionem advenit per figuram et motum et non propter formam substantialem: cuius signum est: quia ipsa forma non est divisa per partes subiecti sic dividit alie forme substantiales et accidentales: et non finitatem operationum: que omnia non possent ei pervenire si ipsa esset determinans et perficiens substantiam suam post adventum dimensionum sicut advenit forme per se generabilium et corruptibilium.

Tertium. duo sunt que faciunt generationem quorum unum est ex parte materie que est divisibilitas: et alterum ex parte agendum que sunt qualitates prime agentes et alterates materiam celi suscipit formam suam ante utrumque: et ideo nec abilitate materie habet ad generationem: nec actionem agentis ad generationem: et ideo diximus quod sua materia equivoce est materia ad materiam generabilium et corruptibilium: et cum materia eorum que generantur sit quod determinata corporeitate et non diffinitate dimensionum erit materia corporis celestis distinctarum dimensionum in actu que nunquam mutant in ipso: que tamen non limitat operationem forme ei? que est substantia separata: quia substantia illa separata non advenit post dimensionem sed ante non quod tunc sed natura. **Hec** autem omnia superius sunt expectata igitur impossibile est quod celum sit corruptibile: sicut dixerunt quidam homines: sed potius secundum suam naturam separata: cui non est principium neque finis in tota temporis immensitate: quia quod est eternitatem vocaverunt. **Et** huiusmodi quod est causa sunt tres: quorum una est que est principia: quia est suum largitur ei virtus que non est in corpore neque corpus: et illa est infinite largitatis: et ideo in fluxu et est tunc infinito secundum naturam: eo quod sicut diximus hec virtus non limitat aliquam mensuram materie vel principii agentis in materia eius: et habet formam quodammodo vocat aiam: quodammodo autem intellectum sine intelligentia: sed de his alibi erit igitur reddendum. **Virtus** autem que non est limitata agit tunc infinito: sicut probatum est in fine octavi per philosophum. **Secunda** autem causa est quare in fine precedentis libri adduximus: quia nec materia sua divisibilis est dimensionem forme: sicut sit in generatione que in materia forma propagat: nec susceptibilis est principii alterationis ipsa de potentia ad effectum. **Tertia** autem causa est que assignat ab auctore in ultimo capitulo sui libri de substantia orbis: quia videtur cum principii infinite que est causa quiescentis motus que ad formam. **Et** enim omne quod mutat ad formam non mutat nisi ex causis motus: ubi non sunt cause talis motus ipsum nullo modo mutabilis: privatio igitur carum talis motus inducit immutabilitatem in natura celi. **Talia** autem principia hanc causam ex indivisibilitate forme per se habet: ex hoc quod non susceptibile principiorum: et iterum insusceptibilitas principiorum causatur ex hoc quod materia non est divisibilis sicut docuimus: eo quod principia eriguntur substantia quatuordecim ipse sunt virtutes corporales: et ideo materia perfecta est non per quantitatem neque post eam non est susceptibilis principiorum: et ideo soluit philosophus. **Principii** grammatici que dixit si celum est perpetuum: tunc est potentie infinite secundum naturam: et hoc indicatum fuit inconueniens per dimensionem finitas que inveniunt in materia celi: bene solo est quod non est inconueniens celum esse potentie infinite secundum operationem: ideo ipsa nec finita sit nec infinita secundum essentiam: eo quod est imperibile potest sibi sui. **Ad** si daretur celum secundum suam dimensionem non esse potentie infinite: adhuc nihil prohibet celum habere privationem alicuius respectu temporis infiniti que in quantum privatio non proprie est virtus vel potentia: sed potius negatio quodammodo et quodammodo in se habet in quo est: et ab illa privatione celum non est susceptibile illi? quod privatur ab ipso secundum tempus infinitum. **Hec** autem omnia de causa secundum naturam celi et secundum finem per philosophum: quia sic diximus de esse celi per creationem et de statu suo per dei voluntatem non est aliquid cognitio per se: sed potius talia sunt cognita per creationem: de qua cognitione in parte nihil curamus in uestigare. **Dicamus** igitur quod celi natura est semper una cuius secundum naturam suam non est principium neque finis in tota temporis eternitate: et quod celum est causa temporis et tunc sic causa continet suum causatum: nec tamen precedit tempus secundum durationem: sed secundum ordinem nature tamen: quo causa est ante causatum. **Ingressus** autem de natura celi satis potest esse preteritus de permanetia celi per sermonem istum diximus: et per ipsum satis scit quod celum est secundum quod diximus igitur ignabile et incorruptibile: et impossibile quod sit secundum quod dixerunt adversarii veritatis addicere nos his: eo quod multa impossibilia sequuntur ad dicta eorum: cum nullam penitus impossibile visus sit sequi ad deum nostrum. **Hec** enim una ratio potest esse si est alia non habemus. **Quare** credendum est nobis quod celum est sempiternum non cadens sub corruptioni: cum magis credendum sit ei cuius deum non videtur seque inconuenientia. **Amplius** autem unum est per fortis deum nostrum et factis per studiosus debet esse preteritus in eo: est per cordia anti quorum caldeo ad deum nostrum. **Aldei** enim principium fuerit presens in scia de celo: eo quod de celi dimensionibus et passionibus per se igitur fuerit: et celum amplius aliis generibus sacerdotibus eorum venerati sunt. **Præter** autem caldei tradiderunt con cordis nobiscum quod in ordine. **et** naturalium necesse esse unum corpus quod sit motum velocissime: et sit incorruptibile sine fine manens: cui motui non sit finis in tempore: quoniam potius sit finis ad quem refertur omne finitum et ultimum: ad quod si cut ad causam et ad mensuram refertur omne finitum ultimum suum in tempore eo quod ipsum est principium principii et saluans omne quod principium: et est completens et quod complectens omne id quod est dimiutum esse cuius principium et finis est intra motum et tempus principii corporis. **Sicut** enim refertur ad ipsum omne cui est ultimum in tempore et finis et quæ sit esse immobilitas: et ideo necesse est quod corpus istud non habeat initium per generationem per se in ultimum per corruptionem naturalem: sed semper est in tempore cui non est finis aliquis secundum naturam: quia aliter refertur in finitum si est generatum referretur ad generans quod est et generatum: et omne corruptum referretur ad corruptum pens quod est et corruptum. **Primum** enim reliquorum motuum sunt motus generabilium et corruptibilium quodammodo principia: tur ab hinc corporis motu: et quidam sunt quorum quietes cantur ab ipso: quia omnes naturales motus cantur ab hinc motu: et non violentium voluntarij secundum quod sunt violenti vel voluntarij: et cum generatio generabilium finita est et motus mobilium: tunc per naturam esse accepto per generationem vel motum alium qui est a motu celi: et hoc est quando res quiescit in forma accepta per motum vel mutationem naturalem. **Attende** statur his que dicta sunt quod omnes prime deitatis aliquid quod habentes iudicium tam in caldea quam alibi posuerunt quod celum est locus dei creatoris gloriosi: cui laus est sublimis: eo quod esse dei est eternum assidue inficiens: quod ab omni corruptione et mutabilitate est alienum: et hoc quidem optime traditum est ab antiquissimo patre Hermete trimegistro in libro de natura dei et veneratione.